ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: GREGORIUS MAGNUS. PS. MARCILIA. PS. BOTO PRUVENINGENSIS

2. Hälfte 12. Jh. Seite 69v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Quid namq; esse intolerabilius potest quā mors filii ante
oculos patris? Hoc itaq; sacrificium quanta iniaspiciatur ostendi-
tur: quod orbati patris dolori comparatur. At tamen
plerumq; quanta tribuunt pensiti. quanta aut rapiunt
considerare dissimulant: quasi mercedem numerant. & per
pendere culpas recusant. Audiant itaq; qd scriptum ē.
Qui mercedes congregant misit eas in sacculum pertusum.
In sacculo quippe pertuso uidet quando pecunia minuitur:
sed quando amittit non uidetur. Qui ergo quanta largiunt
aspiciunt: sed quanta rapiunt non ppendunt. In pertuso
sacculo mercedes mittunt: quia pfecto has in spem fide
ei inuentes congerunt. sed non inuentes perdunt.

·xxii·

Aliter admonendi sunt discordes atq; aliter pacati.
Discordes namq; admonendi sunt ut certissime sciant.
quia quantislibet uirtutib' polleant: spiritales fieri nulla
tenus possunt si uniri pconcordiā prorsus negligunt.
Scriptum quippe ē. fructus spi ē carnas. gaudium. pax. Qui
ergo seruare pacem non curat: ferre fructum spi recusat.
Hinc paulus ait. Cum sit inter uos zelus & contentio: nonne
carnales estis? Hinc iterum dicit. Pacem sequimini cum
omnib' & sōtimonia. sine qua nemo uidebit dm. Hinc rursus
admonens ait. Solliciti seruare unitatē spi in uinculo pacis.
Unum corpus & unus spi sicut uocati estis in una spi uoca
tionis ure. Ad una igitur uocationis spem neqaquā per